1120 ad Quietationem praeterea Ultra praemissos officij praefati Castren(sis) Capitanealis

112 Premysliensis Terminos, dilationem sibi non recipiendo, nullasq(ue) Motiones,
Appellationes, ac earum prosequutiones faciendo, ac praemissa omnia
officiis simplicibus Vel triplicatis, Exceptionibus, Suspensionibus, fa
cultatibus Juris, Praefensione Terrae, bello, Conventioneq(ue) ac alijs omnibus
Juris remedijs et defensionibus non subterfugiendo neq(ue) modo alio quovis
evadendo. Ita sua praesenti personali recognitione ad ipsa acta mediante.

Turzanski Conti Reformat.

Comparens personaliter coram officio et actis praesentibus Castren(sibus) Capitanealibus
Premysliensibus Nobilis Basilius Turzanski Wylowicz olim Nobilis
Hrehorij Turzanski, cum Nobili Anastasia Jaworska Conte eius
1009 legitima procreatus Filius. Sanus mente et corpore existens à Terris,
Districtibus, Juribus, Jurisdictionibusq(ue) suis quibusvis proprijs
et competentibus recedendo, praesenti vero Castren(si) Capitaneali Pre
myslien(si) Jurisdictioni quo ad Actum hunc attinet, se cum Successo
ribus, ac bonis suis generaliter omnibus totaliter ac plenarie incor
porando atq(ue) subijciendo, palam, libere, publice, ac per expressum
recognovit. Quia ipse Nobili Catherinae Boryslawska, Nobilis
olim Hyacinthi Boryslawski, cum Nobili Marina Conte eius legitima
procreatae Filiae, sui vero Rgtis Conti legitimae, eiusq(ue) praesens, Sum
mam Centum florenorum pol(onicalium) ratione vero dotis et expeditionis
post ipsam acceptae, et in domum suam importatae: necnon aliam
similem Summam Centum florenorum pol(onicalium) ratione certi, veri, iusti
et liquidi dotality in et super tota et integra medietate bonorum
suorum generaliter omnium haereditariorum, obligatoriorum, mobilium
et immobilium Summarumq(ue) quarumvis pecuniarum: necnon Auri,
argenti, clenodiorum, Unionum, Margaretarum, Vestium,
Vestimentorum, Stanni, aeris, cupri, orichalci, pecorum pecu
dum Equorum Equarum, ac totius Suppellectilis domesticae nunc

habendo et in posthabendo dedit, dotavit, dotalitravit, inscripsit et reformavit, prout dat, dotat, dotalitrat, inscribit et reformat praesentibus per ipsam Nlem Catherinam Boryslawska sui Recognitis Consortem legitimam, et ipsius posteros eandem Medietatem bonorum suorum gentronomnium cum universis ysl liberatibus et usufructibus competentiisque et proventibus quaevis tenendi, habendi, et possidendi, illisque quiete et pacifice utifruendi, ac ad usus suos, et suorum Successorum pro suis beneplacitis libere et effectualiter convertendi, vigore ac more aliarum Reformationum hactenus et diutius in Regno Poloniae observari solitarum. 1124

Iez Magnificos Sczawinskie Coniuges Quietat.

Comparens personaliter coram Officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Premysliensibus Gnosus Albertus Iez. Sanus mente et corpore existens, a Terris, Districtibus, Iuribus, Iurisdictionibusque suis quibusvis propriis et competentibus recedendo praesenti vero Castrensi Capitaneali Premysliensi Iurisdictioni quo ad Actum hunc attinet, se cum Successoribus, ac bonis suis gentronomnibus totaliter ac plenarie incorporando atque subijciendo, palam, libere, publice ac per expressum recognovit. Quia ipse Magnificos Constantinum Casimirum in Sczawin Sczawinski Castellanum Krusvicien[sem] et Helenam de Iulsslyn Coniuges legitimos, eorumque posteros de Intercisa certa inter se Reverendissimo ab una et praefatos Magnificos Sczawinskie Coniuges parte ab altera, ratione Arendae bonorum Villarum Boniowice et Iwodzisko tum et aliarum certarum rerum ac conditionum in eadem Intercisa contentarum, de actu et data illius hic Premysliae die Undecima Mensis Aprilis Anno Millesimo Sexcentesimo Sexagesimo Nono conscripta et subscripta, Actisque officij praesentibus 1124